

aut meis heredibus aut successoribus posset competere, propter hoc ut prenominati fratres eadem virgulta sine obice et impedimento quolibet possint quociens conveniencius et securius perpetuo possidere. In cujus rei evidenciam et testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno domini m°.ccc°.xxxvi°. in Porta cenobio monachorum feria III^a post oculi mei.

5

207.

Das Kloster verkauft an seinen Diener Joh. von Schildov auf dessen Lebenszeit die Hälfte des von Heinrich Soyke erkaufte Buschholzes. [Leipzig], 1336 Mai 14.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2735. — Das große Stadtsiegel (Cod. dipl. Sax. reg. II. 8, Taf. I No. 3) und das des Conventes an Pergamentstr.

10

Ann.: Vergl. No. 206 und 208.

Nos fratres Th[eodericus] prior ceterique conventus predicatorum in Lipzk tenore presencium recognoscimus et | protestamur, quod de rubeto et virgultis, que nos ab Heinricho dicto Soyke justo titulo empconis | emimus, Jo[hannes] fidelis famulus noster dictus de Schildov sibi de assensu et beneplacito nostro medi|etatem eorundem virgultorum vero 15 empconis titulo rite et legitime comparavit pro tempore vite sue, tali adjecta condicione, ut post mortem ejusdem Jo. jam dicta medietas ad nostrum conventum integraliter et libere revertatur, hoc eciam adjecto quod pro jam dictorum virgultorum usufructu percipiendo prenominato Jo. de Schildov dabimus in festo pasce annis singulis duas marcas ponderis Lipzensis toto tempore vite sue. Et si, quod absit, secus fieret, ut jam dictam 20 pecuniam pro sua utilitate quocunque inpedimento occurrente non perciperet, volumus ut idem Jo. ad plenum usufructum predictorum virgultorum percipiendum respectum habeat, ut de eisdem ordinet et disponat prout sue placuerit voluntati. Insuper annuimus et concedimus, ut prefatus Jo. quemcunque sibi in hoc casu provisorem elegerit ad ordinandum et disponendum de medietate sepe dictorum virgultorum pro suo beneplacito plenariam 25 habeat potestatem. Testes hujus rei sunt honorabiles viri cives Lipzenses Jo[hannes] de Mukov magister consulum, Th[eodericus], Conradus frater suus sculteti, Jo[hannes] de Pygauia, Jo[hannes] de Lubeniz, Th[eodericus] de Nova Civitate et alii fide digni. In cujus facti evidens testimonium sigilla civitatis Lipzensis et nostri conventus presentibus sunt appensa. Datum anno domini m°.ccc°.xxxvi°. infra octavas ascensionis domini 30 feria tertia.

208.

Heinrich Soyke d. jüng., Richter zu Weißenfels, verkauft ein Gehölz bei Leipzig an das Dominicanerkloster, in welchem er ein Jahrgedächtniß stiftet. 1337 Sept. 29.

Hdschr.: Rathsarchiv Leipzig Kasten 4 Copialbuch des Predigerklosters fol. 5.

35

Ann.: Vergl. oben No. 206.

Ich Heinrich Soyke richter in der stadt zu Wyssinfels bekenne offenberlichen —, das ich habe vorkoufft den bruderen zu Lipzk, dye da heysen dye predigere, eyn